
Pt. Ivo.

Theses de rigore.

1591.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

11. – 215.

DA BOX

LN 990
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

11,-215

THESES
DE RIGORE:

Quas, juſſu gratioſi Ordinis Medici Acad. Baſil. pro conſequendo ſupremo in arte Medica gradu diſputabit

PETRVS IVO VVIburgenſis Danus,

Calend. Iulij, hora locoq́; ſolitis.

BASILEÆ, TYPIS OPORINIANIS, ANNO
CIƆ IƆ XCI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

Nobilitate & pru-
dentia ſpectatiſsi-
mo Viro,
DN. CHRISTIANO
HOLCK, DN. IN HYE-
GARDT,
Ser. Regis Daniæ
&c. Elect. Secreta-
rio primario,
Dn. de ſe optimè
merito, amoris, ob-
ſeruantiæ & grati
animi ergò
Haſce Theſes
AVTHOR
D. D. D.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

THESIS I.

QVONIAM & ipſa Rigoris contemplatio, ſi natura eius accuratè perpẽdatur, iucunda eſt: et cognitio medicinam facturo apprimè neceſſaria: placet de eo quædẽ in præſentia diſſerere.

II.

Et ita quidem, ut primò de voce dicamus, deinde rigoris definitionem afferamus, mox conditiones et differentias eius aperiamus, & demum curationẽ paucis attingamus.

III.

Rigor interdum accipitur pro horrore & frigore, & rigore ſpecialiter ſic dicto ſimul, interdũ pro obrigatione corporis, interdum ſimpliciter, ut ſequitur.

IIII.

Rigor eſt uibratio corporis, pendens ab expultrice irritata, à frigiditate, mediante cordis calore refrigerato.

V.

Vibrationem diximus, h.e. motum prauum, numeroſum, denſum, celeremq́. Prauum inquam, non ablatum, non diminutum: Denſum, propter breuitatem quietum: Celerem, propter impetum.

VI.

Per corpus ambitum, h.e. partes cutaneas, muſculoſas, neruoſas, hiſq́ vicinas intelligendo.

VII.

Ab expultrice diximus, ad differentiam conuulſionis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

VIII.

Expultrice verò irritata, ad differentiã ſternutationis.

IX.

Expultricem irritans frigiditas duplex eſt: Poſitiua et Priuatiua.

X.

Poſitiua, cuius materia eſt frigida.

XI.

Priuatiua, cuius materia eſt calida.

XII.

Vtraq; vehemens eſſe debet, & à violentis cauſis producta.

XIII.

Huius item cauſæ ſunt vel Internæ, vel Externæ.

XIIII.

Internæ corporis diſpoſitio, materia vitioſa: & vitioſa quidem, I. vel propria ratione: vel ratione loci, ubi colligitur.

XV.

II. Vel copia, vel qualitate, vel motu, quæ ut debilis, validior, validiſsima: ita inæqualitas, horror & rigor conſequuntur.

XVI.

Copia: quia agens, ut agat, debet eſſe indeterminata quantitate: quo copioſius, eo efficacius. Qualitate: ſiue calidum, ſiue frigidum. Motu, ut vehementer moueatur.

Externæ:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

XVII.

Externæ: ut frigus externũ, aqua frigida, medicamentum calidum ulceri applicatum, obiecta item viſus, auditus, quæ timorem incutiunt, &c.

XVIII.

Diximus calorem cordis refrigeratum concurrere, qui afficitur, vel quia ſuffocatur, vel ex defectu pabuli.

XIX.

Suffocatur, vel quando motus caloris ſurſum, id eſt, ad expurgandas fuligines aufertur: vel quando à contrario, ſc. frigido & humido, extinguitur, diciturq́ σβέσις.

XX.

Deficit alimentum, quando paulatim humidum exiccatur, & eſt μάρανσις.

XXI.

Quod fit, vel quia immoderatus calor ſubtrahit pabulum, vel prohibet, quo minus poſſit attrahere alimentum.

XXII.

In rigore autem unico tantùm modo afficitur, ſc. dum à frigido læditur, & euadit vaporoſus. Unde initio remiſſior, mox intenſior fit.

XXIII.

Hæc de definitione rigoris. Nunc de conditionibus & differentijs.

XXIV.

Conditio generationis prima eſt: ut noxium aliquod oc-

 currendo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

currendo, id refrigeret. Secundò, ut fiat iudicium de ſenſu refrigerationis. Tertiò, ut noxium occurrat corpori ea violentia, ut frigiditas illa communicetur calido cordis natiuo. Quartò, ut calidum cordis natiuum refrigeratum cum impetu identidem concentretur & expendatur. Quintò, hunc occurſum et recurſum comitetur partium ſenſitiuarum expulſio, facta ab expultrice irritata à cauſa noxia, & adiuta à cordis calore, ea violentia, ut fiat concuſsio, & motus prauus totius corporis.

XXV.

Differētiæ ſunt: Rigor reperitur in febribus, vel in principio acceſsionis in intermittentibus, vel in fine.

XXVI.

In quotidianis non eſt magnus rigor, ſed longus.

XXVII.

In tertianis rigor eſt cum ſenſu punctionis.

XXIIX.

In quartanis eſt cum ſenſu frigiditatis, ac ſi quis iter faceret per loca frigida admodum, & quaſi grauatiuus.

XXIX.

In fine: ut in febri ardente, ſeu cauſo.

XXX.

Rigor aut continuarum eſt, aut intermittentium.

XXXI.

In continuis prima tantùm inuaſio cum rigore eſſe poteſt, in intermittentibus etiam reliquæ.

Horum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

XXXII.

Horum tamen omnium, alius rigor fit poſt ſudorem, alius ante paroxiſmum, alius poſt criſin.

XXXIII.

Poſt ſudorem fit, aut magnum, aut paruum: finitum, aut nondum finitum.

XXXIV.

Curatio.

Non finiti finis expectandus: Finiti, ſudoris rigor perſeuerans frictionibus & calefactionibus cutim aperiendo curãdus, cum fiat, quia materia tota non eſt per ſudorem exinanita, quod fit vel ſudoriferis, vel materiam diſsipantibus.

XXXV.

Rigor ante paroxiſmum curationẽ expoſtulat, ſi magnus: ſi exiguus, nullam.

XXXVI.

Huiuſmodi calefactionibus & tegumentis calidis depellitur. Futurus autem internis & externis medicamentis præcauetur, aliquot horis antè aſſumptis.

XXXVII.

Externa ſunt balnea, inunctiones dorſi, ut ex telis aranearum Monachi Patauini, fomentationes, &c.

XXXVIII.

Interna, ut ſunt pill. expertæ Auic. Vina ardentia, Theriaca, Diatrion piper. Diaſcordium, Opotartarum

D. Palmæ

D. Palmæ piæ memoriæ, pulueres item & aquæ ad hoc inſtitutum ordinatæ.

XXXIX.

Qui poſt criſin fit, ſi morbum ſolvit (ut 4. aph. 58.) curam non requirit: ſin perſeuerat & febrientem nimis affligat, frictionibus dictis opus eſt.

Απορίαι πάρεργαι.

I.

Quis decubitus inijciendo clyſteri ſit accommodatus?

II.

Utrum adeps ſit frigidus?

III.

Origo hæmorrhoidum quæ?

IV.

Utrum in purgantibus non minus ac phlebotomia aſtrorum poſitus ſit obſeruandus?

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 990 4°